

S. AMANDVS EPISCOP. TRAIECTENSIS.



Sanctus Amandus eruditione & uitæ integritate suo tempore omnes alios in Belgis superauit. Itaque cum in ijs locis diligentí studio Christū prædicaret, communī consensu Traiectensis præsul electus fuit. Eam Ecclesiam anno Christi 620 optimè administravit, & populum ad ueram pietatem uerbo & exemplo pellexit. Cum autē eo tempore Dagobertus rex Galliæ liberius uagis libidinibus indulgeret, atq; ipse eum repræhendisset, Amandus ab eo in exilium missus fuit. Id quod etiam patienti animo, ob Christi amorem, pertulit. Verūm postea Dagobertum huius facti pœnituit, atque hinc inde Ecclesiæ fouit, & multa Tempa magnifice extruxit, inter quæ etiam Argentinense numeratur.

Theoph. Leb. in Onomast. Theolog. Hunc aliqui eundem faciunt, qui postea Argentinensis Ecclesiæ præsul factus est.